


11/100

M. T. C. PARADOXA, GRAECIS
cum accentibus ubiqꝫ ſuis inductis,
q̃ emendatiſsime impreſsa.

ANIMADVERTI BRVTE, SAEPE Catonē auunculū tuum, cum in Senatu sententiā diceret, locos graues ex philo/sophia tractare, abhorrentes ab hoc usu forensi & publico, sed dicēdo cōsequi tan/tam, ut illa etiā populo ꝓbabilia uiderētur. Quod eo ma/ius est illi, quā aut tibi, aut nobis, quia nos ea philosophia plus utimur, quæ peperit dicendi copiā, & in qua dicūtur ea, quæ non multū discrepāt ab opinione populari. Cato autē perfectus mea sentētia Stoicus, & ea sentit, quæ non sane probantur in uulgus, & in ea est hæresi, quæ nullum sequitur florem orationis, neq; dilatat argumentū, sed mi/nutis interrogatiūculis/ & quasi punctis, quod proposuit efficit. Sed nihil est tam incredibile, quod non fiat dicēdo probabile, nihil tam horridū, tam incultū/ quod nō splen/descat oratione, & tanquā excolatur, quod cū ita putarē, feci etiā audacius, q̄ ille ipse, de quo loquor. Cato enī dun/taxat, de magnītudine animi, de continentia, de morte, de omni laude uirtutis, de diis īmortalibus, de caritate patriæ Stoice solet nullis oratoriis ornamentis adhibitis, dicere, ego autē illa ipsa, quæ uix in Gymnasiis, & in ocio Stoici probant, ludens conieci in cōmunes locos, quæ quia sunt admirabilia, cōtraq; opinionē oīm, ab ipsis etiā Paradoxa appellātur, temptare uolui, possent ne proferri in lucem, id est in forum, & ita dici, ut probarētur, an alia quædam esset erudita, alia popularis oratio? Eoq; scripsi libentius, ꝙ mihi ista Paradoxa quæ appellāt, maxime uidētur esse Socratica, longeq; uerissima. Accipies igitur hoc paruū

opusculũ lucubratũ, his iã cõtractioribus uoctibus, quoniã illud maiorũ uigiliaꝶ munus, in tuo nomine apparuit, & degustabis genus exercitationũ earũ, quibus uti cõsueui, cũ ea quæ dicũtur in scholis κτητικά id est possessiua ad nostrũ hoc oratoriũ transfero dicẽdi genus. Hoc tamen opus in apertũ ut referas, nihil postulo. Nõ enim est tale, ut in arce poni possit, quasi minerua illa Phidiæ, sed tantũ ut ex eadem officina exisse appareat.

ὅτι μόνον τὸ καλὸν, ἀγαθόν

QVod honestũ sit, id solum bonũ esse. Vereor ne cui uestrũ ex Stoicoꝶ hominũ disputationibus, nõ ex meo sensu deprompta hæc uideatur oratio. Dicã quid sentio tamẽ, & dicam breuius, q̃ res tãta dici potest, (nunq̃ me Hercule ego neq; pecunias istoꝶ, neq; tecta magnifica, neq; opes, neq; imperia, neq; eas, quibus maxime astricti sunt, uoluptates in bonis rebus aut expetẽdis esse duxi, quippe cũ uiderentur rebus his circũfluẽtibus, eos tamẽ desyderare maxime qui bus abũdarent. Neq;. n. unq̃ expletur, nec satiať cupiditatis sitis, neq; ea solũ, quæ habẽt libidine augendi cruciãtur sed etiã amittẽdi metu. In quo equidem cõtinentissimoꝶ hominũ maioꝶ nostroꝶ, sæpe requiro prudentiã, qui hæc imbecilla, & cõmutabilia pecuniæ mẽbra solo uerbo bona putauerũt appellãda, cum re ac factis longe aliter iudicauissẽt. Potest ne bonũ cuiq̃ malo esse? Aut potest quisq̃ in abũdantia bonoꝶ, ipse esse nõ bonus? Atqui ista omnia talia uidemus, ut etiam improbi habeãt & obsint probis. Quãobrem licet irrideat, si quis uelit, plus apud me tamẽ uera ratio ualebit, q̃ uulgi opinio. Neq; ego unquã bona

perdidisse dicã, si qs pecus, aut suppellectilẽ amiserit, nec nõ sæpe laudabo sapiẽtem illũ Biantẽ, ut opinor q̃ nũerã/tur ĩter septẽ. Cuius cũ q̃dã patriã prienã cœpisset hostis cæteriq; ita fugerent, ut multa de suis rebus secũ asporta/rent, cũ esset admonitus a quodã, ut idem ipse faceret, ego uero inquit facio. Nam oĩa mea mecũ porto. Ille hæc lu/dibria fortunæ, ne sua quidẽ putauit, quæ nos appellam9 etiã bona. Quid est igĩt queret aliquis, bonũ? Si q̃d recte fit, & honeste, & cũ uirtute, id bene fieri uere dicĩt. Et q̃d rectũ & honestũ, & cũ uirtute est, id solũ opinor bonum. Sed hæc uideri possunt obscuriora cũ lentius disputãtur. Vita atq; factis illustranda sunt summoꝝ uiroꝝ hæc quæ uerbis subtilius, q̃ factis disputari uidẽtur. Quæro enim a uobis num illã cogitationẽ habuisse uideãtur ii, qui hanc Rẽpu. tã præclare fundatã nobis reliquerũt; auri, & argẽ/ti, ad auaritiã, aut amœnitatũ, ad delectationẽ, aut suppel lectilis, ad delicias, aut epularũ, ad uoluptates? Ponite an/te oculos unũquẽq; regũ uultis ĩcipere a Romulo? Vultis post liberã ciuitatẽ ab iis ipsis, qui liberauerũt eã? Quibus tandẽ Romulus gradibus ascendit in cœlũ? Iis ne, quæ isti bona appellãt? an rebus gestis, an uirtutibus? q̃d aũt Nu/ma Põpilius? Minus ne gratas diis ĩmortalibus capedines ac fictiles urnulas fuisse, q̃ delicatas alioꝝ pateras, arbitra mur? Omitto reliquos. Sunt enĩ oẽs pares inter se præter superbũ Brutũ, si quis roget, quid egerit in patria liberãda si quis item reliquos eiusdẽ consilii socios, quid spectarint, quid secuti sint. Num quis existat, cui uoluptas, cui diuitiæ cui deniq; præter officium fortis, & magni uiri, quicquã aliud propositũ fuisse uideat? Quæ res ad necẽ Porsenne.

Q. Mutiũ impulit sine ulla spe salutis suæ. Quæ uis Coclitem, cõtra oẽs hostiũ copias, tenuit in põte solũ? quæ uis patrẽ Deciũ, quæ filium deuotauit, ac immisit in armatas hostiũ copias? Quid cõtinentia. C. Fabricii? quid tenuitas uictus Marri Curii, sequebat̃? quid duo ꝓpugnacula belli Punici. Cn. & P. Scipiones, qui Carthaginensiũ aduentũ, corporibus suis interducendũ putauerũt? quid Africanus minor? quid maior? qd inter horũ ætates, interiectus Cato? quid innumerabiles alii? Nam domesticis exẽplis abũdamus, an cogitasse quicq̃ putamus, in uita sibi expetendum nisi quod laudabile esse & præclarũ uideret? Veniãt igit̃ irrisores huius oratiõis, ac sentẽtiæ, & iã uel ipsi iudicẽt utrũ se hoꝝ alicuius, q marmoreis tectis, ebore & auro fulgẽtibus, q signis, q tabulis, q cælato auro & argẽto, q Corinthiis opib9 abũdabãt. An. C. Fabricii qui nihil habuit eoꝝ, nihil habere uoluit, se similes malint? Atq; hæc quidẽ quæ mõ huc, mõ illuc trãsferunt̃, facile adduci solẽt, ut in bonis rebus esse negẽt. Illud arcte tenẽt, accurateq; defendunt, uoluptatẽ esse summũ bonũ. Quæ quidẽ mihi uox pecudũ uidet̃ esse, nõ hoĩm. Tu cũ tibi siue deus, siue mater, (ut ita dicã) rerũ oĩm natura, dederit animũ, quo nihil ẽ præstãtius, neq; diuinius, sic & ipse abiicies, atq; ꝓsternes, ut nihil inter te, atq; inter quadrupedẽ aliquã putes interesse? Quicq̃ ne bonũ est, qđ nõ eum, qui possidet, meliorẽ facit? Vt. n. est quisq; maxime boni particeps, ita & laudabilis maxime, neq; est ullũ bonũ, de quo nõ is, q id habeat, honeste possit gloriari. Quid aũt est horũ in uoluptate? Meliorẽ ne efficit, aut laudabiliorẽ uirum? An quisquã in potiũdis uoluptatibus, gloriãdo se, & prædicatiõe effert?

Atq; si uoluptas, (quæ plurimorum patrociniis defenditur) in reb9 bonis habēda nō est, eaq; quo est maior, eo magis mentē ex sua sede & statu dimouet, profecto nil est aliud bene, & beate uiuere, nisi honeste & recte uiuere.

ὅτι αὐτάρκης ἡ εὐδαιμονία πρὸς ἀρετήν

IN quo uirtus sit, ei nihil deesse ad beate uiuēdum. Nec uero ego. M. Regulū eīūnosum, nec infelicē, nec miserū, unq̄ putaui. Nō enī magnitudo animi eius cruciabat a Pœnis, nō grauitas, nō fides, nō cōstantia, nō ulla uirtus, non deniq; animus ipse, qui tot uirtutū præsidio, tātoq; comitatu septus, cū corpus eius caperet, capi certe ipse nō potuit. C. uero Marium uidimus, qui mihi secūdis in rebus, unus ex fortunatis hoībus, in aduersis unus ex summis uiris uidebatur, quo beatius esse mortali nihil potest. Nescis insane, nescis, quātas uires uirtus habeat, nomen tantum uirtutis usurpas, quid ipsa ualeat ignoras. Nemo potest nō beatissimus esse, qui est totus aptus ex se, quiq; in se uno sua ponit oīa. Cui autē spes omnis, & ratio, & cogitatio, pēdet ex fortuna, huic nihil potest esse certi, nihilq; quod exploratū habeat, pmansurū sibi ne unū quidē diē, cū tu hoīem terreto, si quē eris nactus, istiusmodi mortis, aut exilii minis. mihi uero quicquid acciderit, in tam, ingrata ciuitate, ne recusanti quidē euenerit, nō modo nō repugnāti. Quid enī ego laboraui, aut q̄d egi, aut in quo euigilauerūt curæ & cogitatiōes meæ? Siquidē nihil peperi tale nihil consecutus sum, ut eo statu essem, quē neq; fortunæ temeritas, neq; inimicorum labefactaret iniuria. Mortē ne mihi minitaris? ut omnino ab hoībus, an exiliū, ut ab improbis demi

grandũ ſit? Mors terribilis iis, quorũ cũ uita oĩa extinguũt nõ iis, quorũ laus emori nõ poteſt. Exiliũ aũt terribile illis, qbus q̃ſi circũſcript⁹ eſt habitãdi locus, nõ iis, q oẽm orbẽ terrarũ unã urbẽ eſſe dicũt, Te miſeriæ, te erũnæ præmũt oẽs, qui te beatũ, q florentẽ putas, tuæ libidines te torquẽt tu dies nocteſq; cruciaris, cui nec ſat eſt, qđ eſt, & idipſum quod habes, ne nõ diuturnũ ſit futurũ, times, te cõſcientiæ ſtimulãt maleficiorũ tuorũ, te metus examinãt iudiciorũ, atq; legũ, quocũq; aſpexiſti, ut furiæ, ſic tuæ tibi occurrũt iniuriæ, ſuſpirare quæ te libere nõ ſinunt. Quãobrem ut improbo & ſtulto, & inerti, nemini bene eſſe poteſt. Sic bonus uir & ſapiẽs, & fortis, miſer eſſe nemo poteſt. Nec uero cuius uirtus moreſq; laudãdi ſunt, eius nõ laudanda uita eſt, neq; porro fugiẽda uita eſt, quæ laudãda eſt. Eſſet aũt fugiẽda, ſi eſſet miſera. Quãobrẽ quicqd eſt laudabile, idem & beatũ, & florens, & expetendũ uideri debet.

ὅτι ἴσα τὰ ἁμαρτήματα

PArua inqt eſt res atq; magna culpa nec enĩ peccata rerũ euẽtu, ſed uitiis hoĩm metiẽda ſunt. In quo peccat̃, id põt aliud alio maius eſſe, aut min⁹, ipm quidẽ illud peccare, quoquo te uerteris, unũ eſt. Auri nauẽ euertat gubernator, an paleæ in re aliquãtũ, in gubernatoris inſcitia nihil intereſt. Lapſa eſt ipſius libido ĩ muliere ignota, dolor ad pauciores ptinet, q̃ ſi petulãs fuiſſet in aliqua generoſa, ac nobili uirgine. Peccauit uero nihilo minus, ſi quidẽ eſt peccare, tanq̃ trãſire lineas. Quod cũ feceris, culpa cõmiſſa eſt, q̃ longe progrediare, cum ſemel tranſieris, ad augendam trãſeundi culpã nihil pertinet. Peccare certe licet nemini. Quod aũt

nõ licet, id hoc uno tenetur, si arguit̃ non licere. Id si quidẽ nec maius, nec minus unquã fieri potest, quoniã in eo est peccatũ, si nõ licuit, quod semp unũ & idem est, quæ ex eo peccata nascãtur, æqualia sint, oportet. Quod si uirtutes pares sunt inter se, paria esse etiã uitia necesse est. Atqui pares esse uirtutes, nec bono uiro meliorẽ, nec tẽperante tẽperantiorẽ, nec forti fortiorẽ, nec sapiẽte sapientiorẽ posse fieri, facillime potest pspici. An uirũ bonũ dicis, qui depositum nullo teste, cũ lucrari impune posset, auri pondo decẽ reddiderit? si idem in decẽ milibus põdo auri nõ idem fecerit? Aut tẽperantẽ, qui se in aliqua libidine cõtinuerit, in aliqua effuderit? Vna uirtus est cõsentiens cũ ratione, & ppetua cõstantia. Nihil huic addi potest, quo magis uirt9 sit, nihil deniq; demi, ut uirtutis nomẽ relinquat̃. Etenim, si bene facta, recte facta sunt, & nihil recto rectius est, certe nec bono quidẽ melius quicq̃ inueniri potest. Sequit̃ igit̃, ut etiã uitia sint paria si quidẽ prauitates animi recte uitia dicunt̃. Atqui quoniã pares uirtutes sunt, recte facta quãdo a uirtutibus pficiscunt̃, paria esse debẽt. Itẽq; peccata, quoniã ex uitiis manãt, sint æqualia necesse est. A philosophis inquit ista sumis, metuebã ne a lenonibus diceres. Socrates disputabat isto modo, bene Hercule narras. Nã istũ doctũ & sapientẽ uirum fuisse, memoriæ traditũ. Sed est tamẽ quæro ex te, quãdo uerbis inter nos contẽdimus, nõ pugnis, utrum de bonis est quærendum, quid baiuli atq; operarii, an quid homines doctissimi senserint? præsertim cum hac sentẽtia, non modo uerior, sed ne utilior quidem hominũ uitæ reperiri ulla possit? Quæ uis est enim quæ magis arceat homines ab improbitate omni, q̃ si senserint

nullũ in delictis esse discrimen? Aeque peccare, si priuatis ac si magistratibus manus afferãt, quãcunq; in domũ stuprum intulerint, eandẽ esse labem libidinis. Nihil ne igitur interest? nam hoc dicit aliquis, patrẽ quis necet, an seruũ? nuda ista si ponas, iudicari qualia sint, non facile possint. Patrẽ uita priuare, si per se scelus est, Saguntini qui parẽtes suos liberos emori, q̄ seruos uiuere maluerũt, patricidæ fuerũt? Ergo & parẽti nõnunq̄ adimi uita sine scelere potest, & seruo sæpe sine iniuria nõ potest. Causa igitur hæc nõ natura distinguit. Quæ quãdo ultro accessit, id fit propensius, si utroq; adiũcta est, paria fiant, necesse est. Illud tamẽ interest, q̄ in seruo necãdo si id fit iniuria, semel peccatur. In patris uita uiolãda multa peccãtur. Violatur is qui procreauit, is qui aluit, is qui erudiuit, is qui in sede ac domo, atq; in Repu. collocauit, multitudine peccatorum præstat, eoq; pœna maiore dignus est. Sed nos in uita, nõ quæ cuiq; peccato pœna sit, sed quantũ cuiq; liceat, spectare debemus. Quicq̄d nõ oportet, scelus esse, quicquid nõ licet, nefas putare debemus, etiã ne in minimis rebus? Siquidẽ rerum modũ fingere nõ possumus, animorũ modũ tenere possumus. Histrio si paulo se mouit extra numerũ, aut si uersus ꝓnũciatus est, syllaba una breuior aut lõgior, exibilat̃, explodit̃. In uita quæ omni gestu moderatior, oĩ uersu aptior esse debet, in syllaba te peccare dices? Poetã nõ audio in nugis, in uitæ societate audiam ciuem? digitis peccata dimetientẽ sua, quæ si uisa sint breuiora, leuiora, q̄ possint uideri? cum quicq̄d peccat̃, ꝑturbatione peccetur rationis, atq; ordinis, ꝑturbata aũt semel ratiõe & ordine, nihil possit addi, quo magis peccari posse uideatur.

Ὅτι πάντες οἱ μωροὶ μαίνονται

OMnes stultos insanire, ego uero te nō stultū, ut sæpe, nō improbū, ut semp̄, sed dementē & insanū, rebus adducā necessariis. Sapiētis animus, magnitudine consilii, tolerātia rerū humanarꝫ, cōtemptiōe fortunæ. Virtutibus deniq; oībus ut mœnibus septus, uincetur & expugnabit̄? qui nec ciuitate quidē pelli potest? Quæ est enī ciuitas? oīs ne conuentus etiā ferorum & immaniū? Omnis ne etiā fugitiuorꝫ ac latronū cōgregata unum in locū multitudo? Certe negabis. Nō igit̄ erat illa tum ciuitas, cū leges in ea nihil ualebant, cum iudicia iacebāt, cū mos patrius occiderat, cum ferro pulsis magistratibus, senatus nomē in Repu. nō erat prædonū ille cōcursus, & te duce latrociniū in foro cōstitutum, & reliquiæ cōiurationis, a Catellinæ furiis, ad tuū scelus furorēq; cōuersæ, non ciuitas erat. Itaq; pulsus ego ciuitate nō sum, quæ nulla erat, accersitus in ciuitatē sum, vt cū esset in Repu. cōsul, qui tū nullus fuerat, esset senatus, q̄ tū occiderat, esset cōsensus populi liber, esset iuris & æquitatis, quæ uincula sūt ciuitatis, repetita memoria. At uide quā ista tui latrocinii tela cōtempserim. Iactā & immissā a te nefariā in me iīuriā semp̄ duxi, tm̄ p̄uenisse ad me nūq̄ putaui. Nisi forte cū parietes disturbabas, aut cum tectis sceleratas faces inferebas, meorꝫ aliq̄d ruere aut deflagrare arbitrabare. Nihil neq; meū est, neq; cuiusq̄, quod auferri, q̄d eripi, q̄d amitti potest. Si mihi eripuisses ~~diuinā~~ diuturnam animi mei cōstantiā, meas curas, uigilias, cōsilia, si mō Rēp. cū meis curis, uigiliisq; Resp. stat, si hui⁹ æterni bn̄ficii imortalē memoriā deleuisses, multo etiā magis si illā mētem,

unde hæc cõsilia manarũt, mihi eripuisses, tũ ego accepisse me cõfiterer iniuriã. Sed si hæc nec fecisti, nec facere potuisti, reditũ mihi gloriosum tua dedit iniuria, nõ exitũ calamitosum. Ergo ego semp ciuis, & tũ maxime, cũ meam salutẽ senatus, exteris natiõibus ut ciuis optimi cõmendabat. Tu ne nũc quidẽ es ciuis? nisi forte idẽ hostis esse, & ciuis potest. An tu ciuẽ ab hoste, natura, ac loco, non aio factisq; distinguis? Cedẽ in foro fecisti, armatis latronibus tẽpla tenuisti, priuatoꝵ domos, ædes sacras, incẽdisti. Cur hostis Spartacus, si tu ciuis? Potes aũt esse tu ciuis, ꝑpter quẽ aliquãdo ciuitas nõ fuit? & me exulẽ tuo nomine appellas, cũ omnes meo discessu exulasse Rempu. putent? Nunq̃ ne homo amẽtissime te circũspicies? Nunquã nec quid facias cõsiderabis, nec qd loquare? Nescis exiliũ scelerũ esse pœnã, meũ illud iter ad præclarissimas res a me ante gestas susceptũ? Oẽs scelerati atq; impii, quoꝵ tu te ducẽ esse profiteris, quos leges exilio affici uolunt, exules sunt, etiã si solũ nõ mutarũt. An cũ oẽs te leges exulẽ esse iubeãt, nõ eris tu exul? Nõ appellat̃ inimicus, qui cum telo fuerit ante senatũ? tua sica deprehẽsa est, qui hominẽ occiderit? plurimos occidisti, qui incendiũ fecerit? ædes nympharũ manus tua deflagrauit, qui templa occupauerit? In foro castra posuisti. Sed quid ego cõmunes leges ꝑfero? quibus oĩbus es exul. Familiarissimus tuus de te priuilegium tulit ut si inopertũ bonæ deæ accessisses, exulares. At te id fecisse, etiã gloriari soles. Quomodo igit̃ tot legibus in exiliũ eiectus, nomen exulis nõ ꝑhorrescis? Romæ sum inquis, & quidẽ in portu fuisti. Nõ igit̃ ubi quisq; erit eius loci ius tenebit, si ibi eũ legibus esse nõ oportebit.

Deorum

subiectum

Ὅτι πάντες οἱ φρόνιμοι ἐλεύθεροι, πάντες δὲ οἱ μωροὶ δοῦλοι

OMnes sapiẽtes liberos esse, & stultos omẽs seruos. Laudetur uero hic impator, aut etiã appellet̃, aut hoc noĩe dignus putetur. Quo modo? aut cui tandẽ hic libero imperabit? qui nõ potest cupiditatibus suis impare. Refrenet primũ libidines, spernat uoluptates, iracundiã teneat, coerceat auariciã. Cæteras animi labes repellat, tũ ĩcipiat aliis imperare, cũ ipse ĩprobissimis dominis, dedecori ac turpitudini parere desierit. Dũ quidẽ his obediet, nõ modo imperator, sed liber habẽdus omnino nõ erit. Præclare enim est hoc usurpatũ a doctissimis, quorũ ego autoritate non uterer, si mihi apud aliquos agrestes hæc habẽda esset oratio. Cũ uero apud prudẽtissimos loquar, quibus hæc inaudita nõ sunt, cur ego simulẽ me, si quid in his studiis opere posuerim, pdidisse? Dictũ est igit̃ ab eruditissimis uiris, nisi sapientem, liberũ esse neminẽ. Quid est eñi libertas? Potestas uiuẽdi ut uelis. Quis igit̃ uiuit ut uult? nisi qui recta sequit̃ qui gaudet officio, cui uiuẽdi uia cõsiderata atq; puisa est, qui legibus quidẽ, nõ propter metũ paret, sed eas sequitur atq; colit, quod salutare maxime esse iudicat, qui nihil dicit, nihil facit, nihil cogitat deniq;, nisi libẽter ac libere, cuius omnia cõsilia, resq; oẽs quas gerit, ab ipso proficiscunt̃, eodẽq; ferũtur. Nec est ulla res quæ plus apud eum polleat, q̃ ipsius uoluntas atq; iudiciũ. Cui quidem etiã quæ uim habere maximã dicitur, fortuna ipsa cedit, sicut sapiens poeta dixit. Suis quisq; fingitur moribus. Soli igitur hoc contingit sapienti, ut nihil faciat inuitus, nihil dolens, nihil coactus. Quod & si ita esse, pluribus uerbis disserẽ-

dum est, illud tamẽ & breue, & confitendũ est, nisi qui ita sit adfectus, esse liberũ neminẽ. Igitur oẽs improbi serui, nec hoc tã re est, q̃ dictu inopinatũ, atq; mirabile. Nõ eni ita dicũt eos esse seruos, ut mancipia, quæ sunt dominoꝝ facta nexu, aut aliquo iure ciuili, sed si seruitus sit, sicut est obediẽtia fracti animi, & abiecti, & arbitrio carentis suo, quis neget oẽs leues, omẽs cupidos, oẽs deniq; improbos, esse seruos? An ille mihi liber uidet̃, cui mulier imperat? cui leges imponit? præscribit? iubet? uetat, quod uidet̃? qui nihil imperãti negare potest? nihil recusare audet? Poscit, dandũ est, uocat, ueniendũ, eiicit, abeundũ, minat̃ extimescendũ. Ego uero istũ, nõ modo seruũ, sed nequissimũ seruum, etiam si in amplissima familia natus sit appellandũ puto. Atq; in magna familia stultoꝝ, sunt alii lautiores, ut sibi uident̃ serui, sed tamẽ serui A triẽses ꝗ̃ctu pari stulticiæ suæ sunt, quos signa, quos tabulæ, quos celatum argentũ, quos Corinthia opera, quos edificia magnifica, nimio ope delectãt, :: sumus inquiũt principes ciuitatis, uos uero ne conseruoꝝ quidẽ uestroꝝ principes estis, sed ut in familia, qui tractãt ista, qui tergunt, qui ungunt, qui uertũnt, qui spargũt, nõ honestissimũ locũ seruitutis tenẽt, sic in ciuitate, qui se istarũ rerũ cupiditatibus dediderũt, ipsius ciuitatis locum pene infimũ obtinẽt. Magna inquit bella gessi, magnis imperiis, & ꝓuinciis præfui. Gere igit̃ animũ laude dignũ. Acteonis tabula te stupidũ detinet, aut signũ aliquod Polycleti. Mitto unde sustuleris, quomõ habeas intuentẽ te, admirantẽ clamores tollentẽ, cum uideo, seruũ te esse ineptiarũ omniũ iudico. Nõne igitur sunt illa festiua? sint. Nam nos quoq; oculos eruditos habemus. Sed

At

Eigi

Aty miror

obſecro te, ita uenuſta habeant iſta, non ut uincula uirorũ ſint, ſed ut oblectamẽta puerorꝫ. Quid enim cenſes? Si. L. Mummius, aliquem iſtorꝫ uideret, Matellionẽ Corinthiũ cupidiſsime tractantẽ, cũ ipſe totã Corinthũ contẽpſiſset, utrũ illũ ciuem excellentẽ, an atrienſem diligentẽ putaret? Reuiuiſcat Marcus Curius, aut eorꝫ aliquis, quorꝫ in uilla ac domo nihil ſplendidũ, nihil ornatũ fuit, præter ipſos, & uideãt aliquẽ ſummis populi beneficiis uſum, barbatulos mullulos exceptantẽ de piſcina, & pertractantẽ, & murenarum copia gloriantẽ, nonne hũc hominẽ ita ſeruum iudicet, ut ne in familia quidẽ dignũ maiore aliquo negocio putet? an eorum ſeruitus dubia eſt, qui cupiditate peculii nullã conditionẽ recuſant duriſsimæ ſeruitutis? Hereditatis ſpes, quid iniquitatis in ſeruiẽdo nõ ſuſcipit? Quẽ nutũ locupletis orbi ſenis nõ obſeruat? loquitur ad uoluntatẽ, quicquid denuntiatũ ſit, facit, aſsentatur, adſidet, miratur. Quid horum eſt liberi? Quid deniqꝫ niſi ſerui nõ inertis? quid iam illa cupiditas, quæ uidetur eſſe liberalior honoris, imperii, prouinciarꝫ q̃ dura eſt domina? q̃ imperioſa? q̃ uehemẽs? Cethego homini nõ probatiſsimo ſeruire res coegit eos, qui ſibi eſſe ampliſsimi uidebãtur, munera mittere, noctu uenire domũ ad eũ, præcari, deniqꝫ ſupplicare. Quæ ſeruitus eſt, ſi hæc libertas exiſtimari poteſt? Quid cũ cupiditatũ dominatus exceſſit, & alius eſt dominus exortus ex cõſcientia peccatorꝫ timor? Quã eſt illa miſera, q̃ dura ſeruitus? adoleſcẽtibus paulo loquacioribus eſt ſeruiendũ, omnes qui aliquid ſcire uident, tanq̃ domini timent. Iudex uero quantũ habet dominatũ? quo timore nocẽtes afficit? An nõ eſt oĩs metus ſeruitus? Quid ualet igitur illa

eloquētiſsimi uiri. L. Craſsi copioſa magis q̄ ſapiens oro: Eripite nos ex ſeruitute. Quæ eſt iſta ſeruit⁹, tā claro hoi: tāq; nobili? Oīs animi debilitata, & humilis, & fracta timiditas, ſeruitus eſt. Nolite ſinere nos cuiq̄ ſeruire. Libertatē uindicare uult? Minime. Quid eni adiūgit? niſi uobis uniuerſis, dominū mutare, nō liber eſse uult, q̄bus & poſsumus & debemus. Nos uero, ſiquidē aio excelſo & alto, & uirtutibus exaggerato ſumus, nec debemus, nec poſsum⁹. Tu poſse te dicito, quandoquidē potes, debere ne dixeris, quomō nihil quiſquā debet, niſi quod eſt turpe, nō reddere. ſed hæc hactenus. Ille uideat, quomō imperator eſse poſſit, cū eū ne liberū quidē eſse, ratio & ueritas ipſa cōuincat.

ὅτι μόνος ὁ σώφων πλούσιος

QVod ſolus ſapiens diues. Quæ eſt iſta in cōmemorāda pecunia tua, tā inſolēs oſtētatio? ſolus tu ne diues? proh dii īmortales, ego ne me audiſse aliqd & didiciſse nō gaudeā? Solus ne tu diues? Quid ſi ne diues quidē? Quid, ſi paup̄ etiā? Quē eni intelligimus diuitē, aut hoc uerbū, in quo homīe ponimus? Opinor in eo, cui tāta poſseſsio eſt, ut ad liberaliter uiuendū, facile cōtentus ſit. Qui nihil quærat, nihil appetat, nihil optet amplius. Animus eni tuus oportet ſe iudicet diuitē, nō hominū ſermo, neq; poſseſsiōes tuæ, qui nihil ſibi deeſse putat, nihil curat amplius, ſaciatus eſt aut cōtentus etiā pecunia? cōcedo diues es. Sin aūt ꝓpter auiditatē pecuniæ, nullū quæſtū turpē putas, cū iſti ordini, ne honeſtus quidē poſsit eſse ullus, ſi quottidie fraudas, decipis, poſcis, paciſceris, aufers, eripis, ſi ſocios ſpolias, ærariū expilas, ſi teſtamenta amicoꝝ expetis, aut ne expetis

quidē,atq; ipsa supponis,hæc quidē utrum abūdantis,an egētis signa sunt? Animus homīs diues, nō arca appellari solet. Quāuis illa sit plena,dum te inanem uidebo, diuitē nō putabo. Etenī ex eo,quantū cuiq; satis est,metiūtur homines diuitiarꝝ modū. Filiā quis habet? pecunia est opus. Duas? maiore. Pluris? maiore,etiā si ut aiūt,Danai quinquaginta sint filiæ,tot dotes magnā quærūt pecuniā. Quantū enī cuiq; opus est,ad id accōmodatur,ut ante dixi, diuitiarum modus. Qui igitur nō filias plures,sed innumerabiles cupiditates habet, quæ breui tēpore maximas copias exhaurire posſint,hūc quādo ego appellabo diuitē? cū ipse egere se sentiat? Multi ex te audierūt cum diceres, neminē esse diuitē, nisi qui exercitū alere posset suis fructibus, qđ populus Ro.ex tantis uectigalibus iam pridē uix potest. Igitē hoc proposito nunq̄ eris diues,anteq̄ tibi ex tuis possessionibus tantū reficiatē,ut eo tueri sex legiōes, & magna equitū, ac peditū auxilia posſis. Iam fateris igitē nō esse te diuitē,cui tantū desit,ut expleas, id qđ exoptas. Itaq; istā paupertatē,uel potius egestatē,ac mendicitatē tuā, nunq̄ obscure tulisti. Nā ut iis,qui honeste rem quærūt,mercaturis faciēdis,operis dandis,publicis sumēdis,intelligimus opus esse quæsito, sic qui uidet domi tuæ pariter accusatorꝝ,atq; iudicū cōsociatos greges, qui nocētes & pecuniosos reos,eodē te autore corruptelā iudicii molientes, qui tuas mercedū pactiōes in patrociniis, intercisas pecuniarꝝ, in cōtionibus cādidatorꝝ: dimisſiōes libertorꝝ ad fœnerandas diripiēdasq; ꝓuincias,qui expulsiones uicinorꝝ, qui latrocinia in agris,qui cū seruis,cū liberis,cū cliētibus societates,qui posſesſiōes uacuas, qui ꝓscriptiōes locupletiū,

qui cedes municipioꝝ,qui illā Syllani tēporis messem re/
cordet,qui testamenta subiecta tot, qui sublatos hoīes,qui
deniq; omīa uenalia,delectū,decretū,alienā suā sententiā,
forum,domū,uocē,silentiū,quis hūc nō putet cōfiteri sibi
quæsito opus esse? Cui aūt quæsito opus sit,quis unq̃ hūc
uere dixerit diuitē? Est enī diuitiaꝝ fructus in copia.Copiā
aūt declarat sacietas rerū atq; abūdantia,quā tu,quoniam
nunq̃ adsequere,nunq̃ omnino es futurus diues. Meā aūt
quoniā pecuniā cōtemnis & recte,est enī ad uulgi opinio/
nem mediocris,ad tuā nulla,ad meā modica,de me silebo,
de te loquar,si cēsenda nobis sit,atq; estimāda res est,utrū
tandē pluris estimemus pecuniā Pyrrhi,quā Fabricio da/
bat,an cōtinentiam Fabricii, qui illā pecuniā repudiabat?
utrū aurū Samnitū, an respōsum Marci Curii? Heredita/
tem.L.Pauli,an liberalitatē Africani? qui eius hereditatis.
Q.Maximo fratri,partē suā concessit? Hæc ꝑfecto quæ
potiora sunt summarū uirtutū,pluris estimāda sunt,q̃ illa quæ sūt
Membra pecuniæ? Quis igitur(siquidē ut quisq;, quod plurimi sit,
possideat,ita ditissimus habēdus sit)dubitet,quin in uirtu/
Quoniam te diuitiæ sint? ~~quo modo~~ nulla possessio,nulla uis auri,&
argēti,pluris q̃ uirtus estimāda est. O dii imortales,nō in/
telligūt homies,q̃ magnū uectigal sit parsimonia. Venio
enī iam ad sumptuosos, relinquo istū quæstuosum.Capit
ille ex suis prædiis sexcēta sestertia.Ego cētena ex meis,illi
aurata tecta in uillis, & sola marmorea facięti, & signa,ta/
bulas,supellectilē,& uestē infinite cōcupiscenti, nō modo
ad fructū ille est sumptus,sed etiam ad fœnus exiguus. Ex
meo tenui uectigali,detractis sumptibus cupiditatis,aliq̃d
etiā redūdabit.Vter igit̃ est ditior,cui deest,an cui superat?

qui eget? an qui abundat? cui poſſeſsio quo eſt maior, eo plus requirit, ad ſe tuendā? An quæ ſuis ſe uirib9 ſuſtinet? Sed quid ego de me loquor? qui morū ac temporū uitio, aliquantū etiā ipſe fortaſſe in huius ſæculi errore uerſer. M. Manili9 patrū noſtroꝝ memoria (Ne ſemp Curios, et Luſcinios loquamur) paup tandē fuit, habuit enī ædiculas in carinis, & fundū in licopo. Nos igiť ditiores, q̄ plura habemus? Vtinā quidē eſſem9, ſed nō eſtimatiōe cēſus, uerū uictu, atq; cultu, terminať pecuniæ modus, nō eſſe cupidū pecuniæ, nō eſſe emacē, uectigal eſt. Cōtentū uero ſuis rebus eſſe, maximæ ſunt certiſsimæq; diuitiæ. Eteni ſi iſti callidi rerum eſtimatores, prata & areas quaſdam, magno eſtimant, quod ei generi poſſeſsionū minime quaſi noceri poteſt, quāti eſt eſtimāda uirtus? quæ nec eripi, nec ſubripi poteſt, neq; naufragio, neq; incēdio amittiť: nec tēpeſtatū nec temporꝝ pmutatione mutať: qua præditi qui ſunt, ſoli ſunt diuites, ſoli enī poſſidēt res, & fructuoſas & ſempiternas, ſoliq; (quod eſt propriū diuitiarū) contenti ſunt rebus ſuis. Satis eſſe putāt quod eſt, nihil appetūt, nulla re egēt nihil ſibi deeſſe ſentiūt, nihil requirūt. Improbi aūt & auari quoniā incertas, atq; in caſu poſitas poſſeſsiōes habēt, & plus ſemp appetūt, nec eoꝝ quiſquā adhuc inuētus eſt, cui quod haberet, eſſet ſatis, nō modo nō copioſi, ~~ac diuites~~, ſed etiā inopes, ac pauperes eſtimādi ſunt.

FINIS.

Impreſſū Viennæ Auſtriæ per Hieronymū Vietorem. & Ioannem Singrenium. Sexto Nonas Ianuarii. ANNO. M. D. XII.